Split by PDF Splitter

ꝙ iſtud non poteſt apparere:nam immo iudicio medico rum poteſt; vt.l.ſemel[a].C.de re.mili.lib.xij. Reſponde certum eſt ꝙ quis non poteſt bis mori: vt not. in.l.i.C.q accuſa.non poſ.⁊ ideo lex que fingit quem mortuum ictu vulneris primi non poteſt hoc fingere ſi conſtet eum mortuum ex ſequenti vulnere: q: ſic reſultaret quod eſſet bis mortuus quod eſt impoſſibile. In feudis vero non eſt diſputatio ita neceſſaria: q: ſufficit ꝙ dominus ſit mortifere vulneratus ad excuſationem vaſalli. Et nota ꝙ eſt indifficilis probatio iſtius negatiue: videlicet ꝙ vulneratus in loco periculoſo: vel vulnere magno nó ſit mortuus ex tali vulnere ſolet mors euenire: vt extra de homici.c. ſignificaſti.§.fi. Et ideo medici qui volunt probare negatiuam iſtam debent examinari diligenter: ⁊ ſic ſint in diuerſis opinionibus debet iudicari cótra percuſſoré.[b] Quid ſi ſunt duo fratres: ⁊ vnus dereliquit dominum alter ſua probitate defendit: nunquid excuſetur vnus propter alterum: ꝙ ſic propter coniunctionem perſonaruz ⁊ feudi.ff. de libe.le.l.ſi his qui duos.ff.de manu.teſtamen.l.ſi ita[c]. Pone ciuitas Peruſina habuit feudum ab eccleſia deinde diuiditur ciuitas in nobiles ⁊ populum: nobiles cómittunt felloniam: an ciuitas priuetur. Reſpondeo non: q: neutri per ſe ſunt cómunitas integra: vt in.c. in noſtra de iniurijs ⁊ dam.da.in nouella. Et nec cótrahendo nec delinquendo poteſt ciuitas per vnam partez obligari ibi vide. Sed populus regens bene obligatur. Tamen proprie ille populus non dicitur ciuitas qui non eſt ſanior ciuiũ vnitas: q: nó hz ſignificationé vniuerſitatꝭ. ſz ptialitatis.l.i.C.de monopol.argu.l.i.C.de mag.ꝯué. Quero an filius priuetur feudo propter culpas cómiſſas a patre a quo feudum non fuit reuocatũ eo viuente. Dicitur ꝙ nó.ꝭ.que fuerit prima cauſa bene.amit.§.preterea: i gl. in verbo certiorare: que incipit: hanc ſecundam glo. in fi. ⁊.§. itemq diu: in gl.que incipit: hanc regulã: alias eſt.§. qui incipit: porro: in glo.i.in fi.⁊ de probi.alie.feu.per Federi.§.inſuper: in fi.glo.in verbo priuetur: que incipit: nũquid propter: ⁊ extra de dona.c.fi.per Ber. An ſi vaſallus vaſalli dominuz domini ſui offenderit: feudũ amittat. Dic vt no.eo.titu.c.imperialem.§.illud. Et nota ꝙ i his caſibus in quibus vaſallus priuatur a feudo in his ét priuatur dominus a proprietate ſi delinquit contra vaſallum: vt.ꝭ.que fue.prima cauſa bene.amit.§.item qui: in gl. ſed qualiter: ⁊.ꝭ. de forma fidelitatꝭ.c.i.⁊.ꝭ. qualiter dominus a propri.pri.c.ex facto.⁊.ꝭ.ſi de feu.fue.ꝯtrouer.c. domino cómittente. Quid de rebus eccleſie infeudatis ⁊ prelatus taliter in vaſallum committit ꝙ ſi eſſet laicus vel clericus ⁊ de proprio patrimonio dediſſet cecidiſſet a proprietate dicitur.ꝭ.de cap.cor.§.vltimo in glo.⁊ ibi vi deas argumen. Quod licet dominus dicatur malefidei vt.ꝭ.de for.fidelita.c.i.ſicut vaſallus: non tamen dicitur proditor vel periurus. Sed vaſallus bene dicitur proditor: quia huiuſmodi cómittit contra perſonam domini vel honorem: nota extra de feu.in nouella.c.i. De proditore tangit Andre.de Iſer.hic.⁊ habetur in.l. reſpiciendum.§. delinquunt.ff.de penis. Proditor vulgari nuncupatione eſt ille qui ſine vlla cauſa: ⁊ ſine vlla diffidatione eum qui de eo confidebat vulnerat vel grauiter offendit. Ita dicit Bar.in.d.l.reſpiciendum.§.derelinquunt: ⁊ maxie cómittendo predicta contra maiorem ſuum: vt.l.fi.C.de le.lib.x.dicit Joan.andre.ꝙ mouentes bella ſine vlla diffidatione dicuntur agere proditorie: vt.c.pro humani: extra de homi.lib.vi. Dicit Jac. butri. ꝙ omnis qui dat alicui potationem venenatam eſt proditor in.l.i.C. ꝺ male. ⁊ ma. Aliquando dicitur proditor reuelator ſecretoꝝ: vt ff.de infa.l.athletas.§.calumniator. Dicit Tituſliuius: nihil vſquam ad fidem proditori eſt. Et dicitur proditor qui permittit tranſire gentem inimicam.C. de re.mili.l. ſi quis barbaris: libro.xij.⁊ ibi per Acccur.[d] Sequuntur alij tres caſus: videlicet ſi quis vxorez adulterauit vel vt adulteraret ſe exercuit: vel turpiter cuz vxore domini luſerit ſi turpiter eam tetigit: dicit gl.puta manus intra pectus ponendo vel turpius. Hec non ſunt expoſitióe digna q: turpia. Sed mirandum eſt quid eni expediebat dicere niſi vnũ verbum: puta ſi turpiter luſerit. Reſpondeo cauſa euidétioris intellectus: ſimile in.l.ſi quis non dicaz rapere.C.de epi. ⁊ cleri. Quero nunquid ſit idem dicere talis iacuit cum vxore domini: ac ſi diceret adulterauit eam. Reſpondeo ſic vt nota.per gloſ.ff.de fideicommiſ.lib.l.caſſij gaij.in.i.glo. Quero quid ſi vaſallus alloquutus turpiter eſt dominaz tamen non tetigit eius perſonaz. Dicunt Charolus ⁊ And. de Iſer.ꝙ non perdit feudum: quia non tam turpe eſt colloquium quaz tactus: q: ſumus in materia penali: ⁊ iſte caſus eſt omiſſus: tenetur tamé domino actione iniuriaꝝ ſm eos[e]. Quero quid ſi ipſe non cucuruitauit: ſed opé tulit. Reſpondeo eadem pena punitur.ff.de verbo.ſigni.l.ſepe.ff.de adul.l.⁊ ſi amicis. Quid ſi preſtitit ipſe domine cóciliũ dicit And.de Iſer.ꝙ quãdo aliquis perſuadet aliquod delictum quod cómittitur extra perſonam perſuaſi: tunc perſuaſor non punitur ſi ille erat alias facturus. Sed quãdo delinquitur in perſonam ipſam perſuaſi: tunc indiſtincte punitur vt.l.i.§.perſuadere.ff.de ſer.cor. Quero cũ ciuiliter agatur ad priuationem feudi vtrum debeat poni locus ⁊ méſis cómiſſi criminis. Bar.vbiqz dicit ꝙ ſic: quia impingit dolus. Sed Specu.dum format libellum ſuper.l. iuliam repetun.ciuiliter intentata non ponit in libello ciuili locuz ⁊ menſem: vt no.in Spe.ꝺ accu.§.ij. Ego dico ꝙ ſi reus petit edi locũ ⁊ menſem debet ei edi. Sed ſi non petit procedit libellus. In pleriſqz tamen locis ſeruatur opinio Barto.argumen.ff.de dolo.l.item exigit: de iureiuran.l. pretor edixit: videtur expreſſum extra de procurato.c.tue. Sed conſidera quia ſi tu reſpicis illam.l.de dolo: ⁊ de iniurijs loquũtur ꝙ debet proponi certa ſubſtantia ⁊ certa qualitas delicti: ⁊ iſta eſt ſolemnitas intrinſeca: immo eſt ipſa ſubſtantia libelli: vt.C.de fal.l.nec exéplum. Sed nullo modo dicitur ibi ꝙ debeat apponi extrinſeca que eſt apponere concomitantiam loci vel temporis: naz regulariter poni hec in ciuili libello non debent: vt extra de re iudi.abbate: lib.vi.⁊.C.de anna.excep.l.fina. Unde poſſumus dicere ꝙ vbi non requiritur inſcriptio ad penam talionis ibi non requiritur ſolemnitas.l.libellorum.ff.de accuſationibus. Item.c.tue ſi bene conſideretur non videtur probare. Naz ſciendum é ꝙ ideo accuſatio ad ſeparationem thori eſt mixta: q: non continet pecuniarum commodum: ⁊ in hac habet qualitatez criminalis: iuxta nota.in.l.agraria.ff.de termino amoto. Sed q: nó agitatur ad publicam vindictam in hoc habet qualitatez ciuilis. Pondera ergo ſi hoc eſt propter mixtam naturam. ergo ſecus ſi actio competat pro re mere familiari a contrario ſenſu illius littere.⁊ nota hec verba. Et adde quod glo. dicit ꝙ in crimine falſi proceditur.lz locus non ponatur. q: clandeſtine committitur. vt nota.inſti.de publi.iu.in princi. alibi non reperit. Quero quid de eo q ignoranter adulterauit vxorem domini an feudo priuetur. Et videtur ꝙ ſic quia cum ſit pena pecuniaria.i.amiſſio feudi: nec iſte tex.dicat ꝙ requiratur dolus: ergo ſimplici facto debemus eé cótenti: vt.ff.de infa.l.liberorum.§.notantur. In contrarium videtur.ff.de adultis.l.penulti.ff.locati.l.ſi quis ignorans. Solutio.dicit glo.⁊ bene.ꝙ ſi fuit craſſa ſeu ſupina ignorãtia non excuſatur: ſed ſi probabilis tunc excuſatur. Et iſta eſt optima ratio in materia ſtatutorum in quibus non fit méntio doli. Et queritur vtrũ requirat dolus necne. Quid ſi cognouit concubinam domini cum eſſet vterqz ſolutus: ⁊ ſic eſſet concubinatus legitimus. Nam dicit tex.ꝙ inter cócubinam ⁊ vxorem niſi in honore nihil intereſt: vt.ff.de leg. iij.l.item in legato.§.parui. Reſpon.idé quod in vxore. Et nota in hac materia hãc regulam ꝙ quecunqz ſunt iuſte cauſe exheredationis filij: ſunt iuſte cauſe perditionis feudi.

Item quecunqꝫ

a Cl.ſemel. Et illuz tex.nota ſingulariter ſz bar. ꝙ requiritur ꝙ a iudice requirente ⁊ inueſtigante aliter non datur fides medicis.

b Contra percuſſorem. Quid autem in opinionibus contrarijs docto.vide.ꝭ.de pace iur.fir.§.iudices: circa medium: ⁊ adde quod no.C.qui teſta.facere poſſunt: ſenium: per Cynum: ⁊ extra de frigo. c.fraternitatis.

c Cl.ſi ita. Cótrarium eſt veritas niſi ſit caſus in quo vnius fratris ſeruitiuz ſufficiat: vt.C.de his quibus vt indig. l.ſororez.C.de códi. inſer.l.ſi plures. And.barba.

d Per accur. Adde de veneno C.de his quibus vt indig.l.ſi ideo ⁊ adde.l.ij.C.que res expor.nó debeant: facit illud euãgelij. Qui intigit mecũ manũ in paraſide: h me tradet: vnde oés ꝯuiuales ſe occultis offendentes ſunt proditores.

e Secundum eos. Adde ꝙ interdũ mulier corrumpit hominez vt.l.pe.ff.de ſer. cor.per Accurſi. vide gl.in.l.vnica.§. que multo magis: de rap.v.